

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Directorium misse de nouo perspectum et emendatum  
secundum frequentiorem cursum diocesis Maguntin.**

**Maguntie, 1509**

**VD16 D 2017**

Impressum maguntie per Fridericum Hewman anno domini Millesimo  
quingentesimonono

[urn:nbn:de:bsz:31-306299](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306299)

quotidiana absq; Gloria in excelsis. et absq; Credo: cum Suffragiis ad placitum: et conclusio erit Benedicamus domino. ¶ Sed in missis peculiaribus in quibus grates deo referimus: sicut de victoria obtenta et similibus. Gloria in excelsis. Credo: et Ite missa dicitur cum Suffragiis et Prefatione de sancta trinitate.

### De officio misse p defunctis.

¶ In officio misse p defunctis nunquam dicitur Gloria patri. Gloria in excelsis. neque Credo: neque Ite missa. Sed Prefatio quotidiana formaliter dicitur. Et p maioribus prelatibus et principibus sive statu sublimiori Introitus. Si enim credimus. Gloria. Si ambulat. et Tractus. Sicut ceruus. Pro gradu autem inferiori Introitus. Requies etiam. Gloria. Requies eterna: et Tractus. De profundis: dicuntur Agnus dei: erit tunc dona eis requies sempiterna: et nunquam dicitur miserere nobis: neque dona nobis pacem. Neque enim pars in officio misse p defunctis datur. Et propterea post Agnus dei prima oratio. Domine Jesu christe: qui dixisti apostolis tuis Pacem meam do vobis etc. omittitur. Et secunda oratio: Domine Jesu christe fili dei vivi: qui ex voluntate patris etc. cum alijs Orationibus sequentibus dicitur. Et conclusio erit semper Requiescant in sancta pace. Ad quam nos perducatur: qui sine fine vivit et regnat. Amen.

¶ Impressum Haguntie per Fridericum Heyman  
Anno domini Millesimo quingentesimo nono.